DE

JURISDICTIONE FORESTALI,

Vulgo

Förstlicher Obrigkeit und Herrligkeit/

Dissertatio Publica

Quam

DIVINA ADSPIRANTE GRATIA PERMISSU ET CONSENSU MAGNIFICI ET NOBILISSIMI JCTORUM ORDINIS IN ILLUSTRI PROPTER SALAM ACADEMIA

PRÆSIDE

DN. BURCHARDO HEINRICO TILEMANNO, J.U.D.

Exercitii Gratia

Publicè defendendam proponet

JOHANNES RUDOLPHUS Richter/



IN AUDITORIO JCTORUM

Ad d. Junij.

In Nomine Domini nostri Jesu Christi ad omnia consilia, omnesque actus semper progredimur l. 2. C. de Off. præf. prӕt. Afric.

DISSERTATIONIS de Jurisdictione Forestali

PROSCENIUM.

PAULUS JCtus sui temporis studiosis 1
viam studii Juris compendiosam ostensurus inter alia *in l. 25. ff. de Lib legat.* hoc serio svadet, ea, quæ sunt antiquissima & maximè quotidiana, sæpius esse attingenda
atq; tractanda: † cum itaq; Jurisdictio Fo- 2
restica non solùm sua etiam clarescat antiquitate, quippe quæ ex parte conflata ex antiquissimo venationis Jure, quod modis acquirendi Jure naturali seu gentium dominia adscribitur *l. 1 & l. 3. ff. de acq. rerum dom.* §. 12. *Inst. de rerum divis.* sed etiam celebretur propter quotidianum usum, quia videmus inter Principes, Comites & Barones de hac Jurisdictione Forestali exoriri lites atque controversias acerbissimas, quibus non raro à verbis ad verbera cum maximo detrimento atque incommodo innocentium subditorum perveniant: † proinde paucis & brevibus, more picto- 3
rum, qui vastissimum aliquem districtum depicturi apices tantùm & suprema rerum culmina adumbrant & delineant, in

præſentiarum de Jurisdictionis Foreſtalis materia valdè eleganti ſubtili & frequenti pro ratione inſtituti cum Deo agemus.
4 † Ut autem certâ methodo hanc Diſputationem comprehendamus, ſequentes conſtituam SECTIONES. (1) Jurisdictionis, Foreſtalis Etymologiam, Homonymiam, Definitionem & Diviſionem exponet. (2) Cauſam Efficientem exhibebit. (3) Materiam ſeu Objectum demonſtrabit. (4) De Jurisdictionis noſtræ Forma aget. (5) Finem explicabit. (6) Effectum docebit. (7) Remedia turbationis demonſtrabit. (8) & ultima modos amittendi continebit. Cui labori noſtro ut Deus Optimus Maximus ſecundum cœleſtem gratiam ex alto benedicat, intimis votis & ſuſpiriis contendimus per Jeſum Chriſtum Filium Dei unigenitum.

SECTIO I.

De Etymologia, Homonymia Definitione & Diviſione.

1 Vocis conſideratione mentem ad rem ipſam meliùs cognoſcendam quaſi præparari teſtis eſt KECKERMANNUS *part. 2. Syſt. Log. plen. c. 4. & 8.* & ex proprietate nominum vim atque ſubſtantiam rerum aliqualiter inveſtigari poſſe eruditè oſtendit ANTHONIUS FABER *in*
2 *Rational. ad l. 1. ff. de I. & I. lit. B.* † non enim ſunt vana ſine viribus nomina, ſignificandarum quippe rerum gratiâ impoſita, *arg.* §. 29. *Inſtit. de Legat.* & conſequentia nomina rebus aſſignata ſunt §. 3. *Inſt. de Donat.* id quod dudùm etiam opinati fuerunt Alpha illud Philoſophorum ARISTOTELES *L. 3. Metaph. c. 2.* & Princeps ille Philologorum SCALIGER
3 *Exercit. 1. Sect. 1.* † Quapropter ductu JCti ULPIANI *in l. 1. ff. de I. & I.* ante omnia etiam rubricæ noſtræ notionem, variamq; ejus acceptionem diligentiùs inquiram.
4 † Exhibet autem.

tem rubrica duo vocabula, quæ distinctè ac breviter examinanda, & quidem videbimus primò de Jurisdictione, unde descendat: † Descendit autem Jurisdictio à Juredicundo, quod 5
valdè notum, & variè tàm secundùm statum hodiernum, quàm antiqvum Romanorum, dividitur. † Inter alias autem 6
hanc divisionem etiam reperiri constat, quòd sit vel propria vel impropria: † Propria dicitur, quam quis suo jure seu 7
Magistratus jure habet *l. 5. ff. de Jurisdict. l. 1. ff. de Off. ejus cui mandat. est Jurisdict.* † ad hanc refertur à nonnullis Ju- 8
risdictio nostra Forestica, quos interest etiam GEORGIUS BRAUTLACHT, *Lib. 3. Epit. Jurispr. Publ. univ. c. 6. §. 15. 16.* an autem rectè dubito; ita enim eveniret, ut Foresta esset penes singulos Magistratus inferiores. † Progredior ad alte- 9
rum rubricæ vocabulum scil. Foresti, cujus variæ à variis afferuntur derivationes: † LOCCEN. enim in explicatione 10
peregrinarum vocum putat Forestam à foro, vel Furu/ abiete, ut lingua Gothica dicitur, & ast/ ramis esse dictum, ut sit sylva ex abiete, quam sententiam recenset MAGNIFICUS noster STRUVIUS *in suo Syntag. J. Feud. c. 4. aphor. 28.* † Ali- 11
ter sentit NOE Meurer *in Tract.* vom Jagt- und Forst-Recht/ ipse enim *part. 2. tit.* Woher Förstl. Obrigkeit und Herrligkeit den Nahmen/ deducit Forestam à latino vocabulo Ferâ, sicut etiam vocem Wildban à voce Wildpreth/ quæ derivatio, etsi prima fronte videatur non adeò incongrua, tamen quoniam allusionis nomine potius venit, & huic sententiæ nostrum non addimus calculum: † putamus au- 12
tem Linguæ Gallicæ hanc vocem natales suos debere, ex genio quippe illius linguæ forest dicitur latum nemus sine clausurâ, ein grosser Wald/ der mit Wasser oder sonst nicht beschlossen wird/ Chassan. *ad Cons. Burg. rubr. in pr. post. gloss. in c. cum dilect. ubi* Johann. And. *de donat. quem refert Mynsing. consil. 16. n. 36.* † Quodque foresta & nemoris vocabula sint 13

ejusdem rei significationis tenet idem Chassan *d.rub.§.in verb.*
14 *vasage de bois.* Hæc de Etymologia. † Quod autem aliis vocabulis de Jure nostro, quæ homonymiam implicant, idem e-
15 tiam nostræ rubricæ accidit eundemq; incidit labyrinthum; † ne igitur ambiguitas quempiam decipiat, sciendum est, forestam usurpari vel ex consvetudine in genere, vel ex propri-
16 etate in specie; † in genere quatenus est Jurisdictio & ad Regalia pertinet, complectens bannum ferium Wildban/ & Jus foresti in specie sic dictum das Forst-Recht/ tunc enim est totum integrale, quod constituitur ex Wildban / & aliis partibus, so dem Forst-Recht anhängig/ puta Geboth und Verboth/ *i.e.* Jurisdictione, pignoratione, aucupatione, venatione, jure glandis legendæ, pecoris pascendi, aquæ ducendi, saltuarios constituendi, sylvam cingendi, &c. quâ in significatione usurpatur à P. M. WEHNERO *in pract obs. verb.* Forst-Recht/ *add.* MEICHSNER. *Decis Cam.* 33. *n.* 1. *& aliquot seqq. Tom.* TILEMANN de BENIGN. *Decis.* 1. *vol.* 1. *n.* 30. REINKING. *de Regim. Sec. & Eccles. l.* 1. *cl.* 5. *c.* 6. *num.* 48. 49. BRAUT-
17 LACHT *in Epit. Jurispr. publ. un l.* 3. *c.* 6. §. 16. † In specie sumitur pro Jure venandi & in ferarum capturam succisis lignis sylvam cogendi, & exprimitur per Wildban / quod refertur auf hagen/ jagen/ hetzen/ klein und groß Wildpreth zu treiben/ nam Gallica, Italica & Latina vocabula foresta guarena, vivaria, saltus, nemus (quæ meo judicio in effectu idem important, quod apud nostrates Wildban) propriè nihil aliud significant, quàm locum circumseptum, in quo feræ inhabitant vel includuntur, ac ubi quis usum habet venandi, *ut test. gl. in c. cum dilecti in verb. foresta de donat. Clem.* 1. § *porrò & ibi quoque gloss. de statu Monach.* SPIGEL. *in Lex.*
18 *Jur. verb. foresta*; † & sic dum accipitur, verisimile est, cum foresta & Wildban ab inclusione ferarum nomen acceperint, ut in locis jam allegatis vidimus, quod propterea ulterius,

rius, quem ad Jus venandi scil. Die wilden Thier zu bannen und zu fahen/ nec activè, nec passivè extendi debeat: † hîc 19
non in posteriori & speciali, sed priori & generali significatione sumitur, & tunc vocatur cum apposito Forestalis Jurisdictio, German. die Förstl. Obrigkeit und Herrligkeit/ ut habet ILLUSTRIS & MAGNIF. DN. Veit Ludwig von Seckendorff/ &c. REVERENDISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI, DOMINI MAURITII, POSTULATI ADMINISTRATORIS NAUMBURGENSIS, DUCIS SAXONIÆ, &c. &c. CANCELLARIUS EMINENTISSIMUS, ET PRÆSES CURIÆ PROVINCIALIS IN ACADEMIA HAC JENENSI SPECTATISSIMUS, in seinem Teutschen Fürsten-Stat/ *part. 3. p. 305* † A Defi- 20
nitione nominis transeo nunc ad definitionem rei, quæ licet quidem à Doctoribus mutuari possit, tamen quoniam totam naturam Jurisdictionis nostræ foresticæ exprimere non videntur, placet talem sistere: † nempe, quòd sit *speciale Jus in* 21
alterius fundo præcipiendi prohibendique circa venationes & sylvas atque res ab iis dependentes. † Notanter dixi in de- 22
finitione (1) est *jus*; juris enim vocabulum, quod hîc denotat facultatem Jure tributam, propterea generis loco ponitur, 23
quoniam usus Jurisdictionis foresticæ, tanquam accidens & jus incorporale, licèt fundo serviente adhæreat, & sine illo non stet, hîc consideratur. † (2) Dixi: est *jus speciale*; spe- 24
cialem quippe nostra Jurisdictio naturam habet, quoniam propriè neque ad realem, neque ad personalem servitutem referri potest, ut infra dicetur. † (3) Dixi: *in fundo alieno*; 25
quoniam in fundo proprio propriè hoc jus non exercetur, ususfructus enim fit tantùm in rebus alienis. *princ. Inst. de usufr.* quoniam res sua nemini servit, *l. 26. ff. de S. U. P. l. 33. §. ult. de S. R. P. l. 5. ff. si ususfr. pet.* † Et licèt obstare videatur, 26
nostræ assertioni, quòd etiam rei propriæ quis usumfructum habere

haberè possit, *l. 21. §. 3. de Except. rei judic. l. 58. & l. 126. §. 1. de V. O.* adeò ut etiam rectè in proprio fundo hæc jurisdictio fo-
27 restica exerceatur. † Verùm dici potest, vocabulum ususfructus ambiguum esse, & vel generaliter accipi pro quocunque usu & commoditate, vel specialiter & propriè pro servitutis specie & jure utendi fruendi à dominio separato, *princ.*
28 *Instit. & l. 1. totoque tit. ff. de usufr.* † Unde etiam, ut obiter hoc addam, facilè apparet, quid sit sentiendum de vulgata divisione ususfructûs in causalem & formalem, quem habet AZO *in Summ. C. de usufr.* videlicet nominis distinctionem potiùs, quàm divisionem generis in species esse, per ea, quæ tradit CONNAN. 4. *Commen. 3.* DONEL. *Lib.* 10. *Commen. 2. ibique* HILGER *lit. E* Coras. *5. Misc. 3.* ALCIAT. & GOED.
29 *ad l. 25. ff. de V. S.* † Et licèt multi Doctores dubitent, an etiam Jurisdictio Forestica servitus sit, nec ne, cùm propriè ad neutram servitutis speciem realem nempe ac personalem referri
30 possit; † non ad personalem, quia cùm persona Jurisdictio nostra forestica non extinguitur, sed perpetuò manet hæreditaria; cùm tamen servitutes personales sint jura personalia, *l. 1. ff. de Serv. l. 3. §. fin ff quibus modis ususfr. amitt.* §. 3 *Instit. de usufr.* quæ ossibus personæ inhærent, & cum personis extingvuntur, *l. 13. solut. matrim. & l. 196 ff. de R. I.* nisi fortè hæredi promissæ & legatæ sint, *l. 5. princ. ff. quibus modis ususfr. amitt.* quo casu tamen non ad omnes, sed ad primum tantùm hæredem transire volunt SCHNEID. & MYNSING. *ad* §. 3.
31 *Instit. de usufr.* † non ad realem, quia hîc non datur prædium aliquod dominans, (notum enim omnibus est, quòd Jurisdictio forestica Illustribus personis sit concessa propter recreationem;) cùm tamen itidem natura servitutum realium requirat, ut duo sint prædia, unum dominans, alterum serviens,
32 nullo habito respectu, an sint urbana, an vero rustica; † licèt, inquam, multi dubitent, tamen non ita statim rejicienda est

illo-

illorm, *ut* JOH. FABRI, ZASII, *&* NOE Meurers opinio, qui nostram Jurisdictionem forestalem pro quasi servitute prædiali sive reali haberi posse putant, ita scilicet, ut Principatus, Comitatus, Baronatus, Dominatus & Castrum habeatur pro prædio dominante & ita servitutum realium instar à sylvâ tanquam prædio serviente debeatur villæ vel castro tanquam prædio dominanti, & ad hæredes transeat, GAIL. 2. *obs.* 66. *n.* 1. HARTM. HART. 2. *obs. tit.* 46. NOE Meurer *part.* 2. *q.* 2. Woher Förstl. Obrigkeit den Nahmen und wie solche Gerechtigkeit beschrieben werde / add. SEB. MED. *Tr. de Venat. part.* 2. *q.* 2. *num.* 1. ZOANNET. *in Tr. de dupl. Ven. num.* 105. † & hanc in tanta Doctorum contrarie- 32
tate mediam puto est viam, quam etiam hac vice sequi animus est. † Reliqua verba in definitione, quæ desumta sunt 33
à formâ & fine propter brevitatem nolumus hic sigillatim exponere, quoniam infrà illorum tractatio uberior occurret; Hæc de definitione, pergimus nunc ad divisionem. † 34
Dividitur autem Jurisdictio nostra Forestica (1.) in propriam & impropriam sive limitatam. † Propria est quæ secun- 35
dùm ordinariàm cujuscunque loci consvetudinem omnimodè alicui competit: † impropria verò seu limitata, quæ 36
non jure ordinario, sed vel detracto aliquid vel adjecto. (2. † 37
Dividitur in personalem sive temporalem, & hæreditariam seu perpetuam; † personalis sive temporalis est, quæ ad vi- 38
tam tantù alicujus personæ datur, more Feudorum antiquorum 1. *Feud.* 1. *§. antiquiss. vers. deinde*, & exemplo ususfructus aut annui legati *l.* 1. *C. de Usufr.* *&* *l.* 81. *ff. de ann. legat.* † 39
hæreditaria verò sive perpetua, quæ omnibus legitimis hæredibus debetur. (3. † Dividitur in simplicem sive particu- 40
larem, in das Unterweidewerck/ quo feras minores tantùm capere licet ex juribus certis, & summam sive universalem, in das Oberweidewerck/ quo majores feras ex Jurisdictione

 genera-

generali venari possumus NOE Meurer *a Reg. Tr. part. 3. 9.*
41 wie viel *species* Forstl. *Servitut* und Herrligkeit. † Num autem caprearum venatio ad Jus forestæ simplex, num verò ad summum referri debeat, quæstionis est? Nos Resp. consvetudinem & mores cujusque loci attendendos esse, cum in aliis locis ad majores in aliis capreæ ad minores referantur, quod in Thuringiâ, Misniâ, Franconiâ videre est,
42 probat WEHN. *in pract. obs. verbo* Forst Recht / † Et licet WEHN. *d. l. cum* MEICHSNER *T. 1. p. 2. f. 6. num. 14. & 15.* distinguere velit in hoch Roth-Wildpret und nieder Roth-Wildpret / nodum tamen non solvit.

SECT. II.

De

Causâ Efficiente

1 Hactenus de præcognitis Jurisdictionis for. nempe definitione nominali & reali, item divisione, sequitur nunc tractatio causarum, à quibus omnis perfecta ac
2 exacta scientia proficiscitur. † A Causa autem efficiente communi methodo incipimus, in efficiente autem sive modis acquirendi & constituendi Jurisdictionem for. sciendum, illam posideri hodie vel jure proprio vel beneficio a-
3 lieno: † jure proprio hanc nostram Jurisdictionem qui possident sunt Imperator, ijque Reges, Principes & Magistratus superiorem non recognoscentes, ijque acquirunt vel
4 electione vel successione: † beneficio autem alieno qui tenent sunt reliqui Germaniæ aliorumque regnorum Princi-
5 pes & status; † eandemque habent (1.) concessione Impera-
6 toris, vel alterius superioris. (2.) † Consvetudine & præscriptione temporis immemorialis, ut apparet ex R. J. zu

Augs

Augspurg *de anno* 1584. §. und soll unser. † Jure naturæ 7
certè Jurisdictio nostra for. quo omnia erant communia,
primis temporibus non fuit nota; † ast, postquam Jure 8
Gentium regna coeperunt condi, & dominia distincta fieri,
coepit quoque paulisper nostra Jurisdictio quæ deinde indies
crevit, usque dum IMPERATORIS FRIDERICI constitutione 2. *Feud.* 27. §. *nemo*, penitùs interdictum fuit privatis hominibus, præprimis rusticis & agricolis, ne retia aut alia instrumenta ponant, venationemque exerceant, quâ demum plenum robur nostra Jurisdictio for. accepit; † & li- 9
cet olim ex dicta consvetudine Friderici bestias nocivas v. c. lupos & apros capere & occidere poterant; hodie tamen propter subsecutam subditorum patientiam nec amplius illa nocivarum ferarum captura cuivis competit, sed etiam ad Jurisdictionem forest. pertinet, werden nach Teutschen Gebrauch in die Forstl. Obrigkeit gezogen / und für ein sonderbahr Forstl. Regal-Stuck und Herrligkeit gehalten. SIXTIN. *de Regal. lib.* 2. *tit.* 18. *in fine*, RUDING. *Cent.* 5. *Obs.* 63. *num.* 3. † Et sic hodie non tam de jure quærendo, 10
quàm quæsito tuendo rectiùs quæri vult AND. KNUCH. *de Saxon. non provoc. Jur. verb. Duc. Saxon. c.* 5. *verb.* Walde *&c. in prin.* nec quisquam habet de quo conqueri queat, ARNIS. *de Jur. Majest. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 9. WESENB. *in Parat. ff. de acquir. rerum dom. num.* 7. PRUCKM. *de Regal.* §. *venatio c.* 4. *per totum.* † Nec est, quod dicat quisquam, hanc 11
nostram Jurisdictionem for. pugnare cum Jure naturæ & gentium, quippe quibus usus omnium rerum limitatus & illimitatus, & ita quoque sylvarum, nemorum, ferarum bestiarum sit constitutus, ut adeò propter immutabilitatem horum jurium à nullo Principum tolli possit. † Sed Resp. li- 12
cèt Princeps in genere jus naturale & gentium aut effectum horum per totum abrogare non possit, ex parte tamen illa

limitare atque restringere potest, *l. 6. ff. de J. & J.* exemplum habemus in servitute §. 1. & 2. *inst. de Jur. Pers.* contraria libertati §. 2. *Inst. de J. N. G. & C.* ¦ *prin. inst. de*
13 *libert.* † & sic quantumvis in uno & altero jus civile novissimum à jure gentium recedat, nec per omnia ei serviat, non
14 tamen id mutat aut abolet, *d. l. 6. ff. d. J. & J.* † Et licet jure divino proprietas totius orbis terrarum cum banno ferino omnibus hominibus, quibusvis in locis *Gen. 1, 26.* concessa
15 legatur; † sciendum tamen est, quod locus iste intelligendus sit de dominatu, non verò de usu sylvarum & captura ferarum omnibus indistinctè permissa, *argumenta cap. 9. Gen. v. 2. in verbis: & terror vester ac tremor sit super omnes volucres cœli cum universis quæ moventur super terram,* eò, quod omnes feræ, quàmvis ferocissimæ, hominem tamen metuant & expavescant, eumque ceu dominum suum reverantur.
16 PRUCKM. *de Regal. §. venat. num. 47. c. 4.* † Quantumvis itaque captura sit interdicta aut potius restricta, non tamen dominatus eorum est sublatus, BACHOV. *in Animadvers ad*
17 *Treitl. vol. 2. disp. 20. th. 3. lit. A.* † & posito, quod in *d. c. 1. Gen. vers. 26.* sermo sit de usu forestæ & captura sive venatione bestiarum, quæ omnibus hominibus quibusvis in locis sit con-
18 cessa; † sicut tamen Deus in *d. c. 1.* homini eadem lege dedit omnem herbam fruendam, ejusque dominio subjecit, quàm tamen singuli hodie sublata scilicet post lapsum bonorum comunione sibi vindicare non possunt, ob distinctionem dominiorum, quæ in definitam dominii permissionem restringit ad certos homines, ita etiam distinctio ordinum restringere potuit jus forestæ & venandi indefinitum ad certos
19 quosdam homines: Proinde etiã facili labore *l. 13. § fin ff. de Injur.* conciliari potest, qua dicitur usum sylvarum, venationẽ, piscationẽ atq; aucupium prohiberi non posse, cum *d. l. 13. §. fin.* loquatur de usu sylvarum, venatione atq; piscatione, quatenus est Juris communis sive juris Gentium, non verò, qua-

te-

tenus est juris privati, & per occupationem sive præscriptionem alicui privato quæsita. BOCER. *ie Tr. de Regal. c.* 1. *n.* 68. *arg. l.* 6. *in princ. ff. de rer. div.* † Nec *d.* §. *fin.* loquitur de Principe, d. de privato, qui usum harum rerum prohibet, adversus hunc prohibentem actionem injuriarum instituí non verò adversus Principem, quod absurdum dictu. SPECKHAN. *Cent.* 1. *q.* 97. *num* 36. PRUCKM. *in Tr. de Regal.* §. *venatio c.* 4. *num.* 12. † Ita nunc Electores, Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Barones, Imperatorem ut superiorem recognoscentes subditos suos prohibere possunt, ne in sylvis & agris suis aliquid faciant. SCHURFF. *Cons.* 1. *Cent.* 3. *n.* 12. † nam sicut Vasallus in genere omnem in re Feudali potestatem & utilitatem consequitur, quam investiens habuit; ita & Princeps, Comes &c. de principatu aut comitatu omnem potestatem habere intelligitur, quam ipse Imperator in istis terris obtinuit, *arg. tit.* 8. *lib.* 2 *Feud. adde text. Lib.* 1. *Feud. tit.* 5. † Ideò Dux, Marchio, Comes &c. eandem potestatem habere intelliguntur, quam Imperator in universo Imperio Rom. habere dicitur. CASTREN. *Cons.* 34. *super primo dubio part* 2. ROMAN. *Cons.* 59. ALEXAND. *Cons.* 2. *n.* 9. † Neque obstat *c.* 9. *quod super his de Majoritate & obed. c. omnes* 4. *eod. ubi dicitur*, quòd Episcopi, nihil quicquam contra Jus Canon. Statuere: ita etiã nec Principes seculares, Jurisdictionem Foreft. habentes, venationem à Jure Civil concessam §. 12. *instit. de rer. div. l.* 1. *de acqui poss.* prohibere possunt, *d. c.* 4. *&* 9. † Sed, quòd ibi Principes seculares proclamantur subditos esse debere Episcopis, id verum quoad negotia spiritualia, non verò secularia, ita nec inferiores Episcopis, sed maxime superiores, cùm majorem in secularibus habeant potestatem quam Episcopi; † & licet inferiores non possunt tolere legem superioris, *c.* 16 *cum inferior Yra de Major. & Obed. Clement. ne Romani* 2. *in princ. de*

20 21 22 23 24 25 26

Elect. uti sunt Duces & Marchiones &c. respectu Imperatoris, in suis tamen Ducatibus & territoriis &c. idem possunt
27 quod Imperator *arg. tit. 8. lib. 2. Feud.* † Proinde quando dicitur *in l. 2. C. de Off. praef. Orient.* quod Praefectus praetorio, cui Duces, Comis &c. jam temporis aequi parantur nihil statuere possit contra Jus Civil; sciendum est; quòd Duces & Comites &c. majorem hodié potestatem habeant, quam olim Praefectus praetorio, quia illis Imperator omnem, quam
28 ipse habuit, in territorio dato concessit potestatem; † item si circumfertur *l. ult. C. d. LL.* quae vult. Imperatori soli réservatum esse, legem corrigere & interpretari, ergò non inferiores Principes, id tàntum intelligendum de correctione legis in universo imperio Rom. non verò particularîs in alicujus certo territorio atque districtu JOH HALBRITTER *ad l. 9. omnes populi ff. de J. & J.* ROLAND. *à Vall. Con.* 88.
29 *vol. 1. num. 26. & seqq.* DECIAN. *Respons. 5. num. 17. vol. 4.* MARANT. *disp. 6. num. 14.* † scire autem convenit illis, qui hanc Jurisdictionem For. habent, si damnum datum fuerit, quoc. casu, praeprimis à feris, aut earund. indagatoribus, quod domino fundorum illud restitui debeat *per text.* Landrecht *lib. 2. art. 61.* ibi, Niemand soll die Saat treten umb Jagens und Hetzens willen / als das Korn geschosset hat / & *ibi in glos. 4.* Wer dieses thut / der soll den Schaden gelden / *arg. l. 13. it. in princ. ff. loc. Con. l. 30. §. 3. ff. ad L. Aquil.* ARNIS. *de J. Majest. lib. 3. c. 4. num. 2. in fin.* COVARR. *in c. pecc. §. 9. num. 11. de R. J. in 6. p. 2. Relect.* GAIL. 2. *obs.* 68. *num* 10.
30 TREUTL. *vol. 2. disp. 10. th. 3. lit. A.* † adeò ut si damnum à feris datum fuerit immensum, tum si dominus forestae admonitus id resarcire noluerit jure suo privari possit, CURT. JUNIOR. *de Feud. part. 6. n. 11.* AFFLICT. *Decis. 265 n. 15.* ALBER. *de* ROSAT. *in l. benè à Zenone C. de quadr. praescript.*
31 ZOANNET. *de dupl. ven. num. 75.* Proinde nulla consvetudine

dine aut præscriptione intrduci potest, ne subditi segetes septimentis cingant, feras bestias stantibus & pendentibus|adhuc fructibus propriis agris abigant, & latratores canes ad terrendas feras alant atque habeant, modò tamen id fraudulenter, non fiat *c.1. Xra de cons.* GAIL. *lib.2. Obs.68. num.20.* BACHOV. *ad* TREUTL *vol.2. disp.20.th.3. lit. A.* BOCER. *clas.5.disp.3.§.21.* † Hinc etiam pie atq; sapienter Maritius Saxon Elect ex hac lineâ I. glorios. mem. subditis suis indulsit *Const.Prov.tit.* Von Abscheichung des Wildprets vom Getreydig / in verbis, daß Sie mit den kleinen Hunden / die nicht Jagdhunde seyn / das Wildpret abscheichen / und thun unß darzu gnädiglich erbiethen welcher hierüber vom Wildpret beschädiget / und unß solches anzeigen / und bescheinen würde / daß wir uns gegen denselben gnädigl. erzeigen wollen. Reipub. enim interest, sata & frumenta à feris & earundem indagatoribus non devastari, cum nata & comparata sint ad hominis usum atque sustentationem. PRUCKM. *in Tr. de Regal. §. venat. c. 5. n. 3* † proinde consuetudo contraria erit, utilitati Reipub. damnosa, *arg. c. venerab. 37. de prab. arg. l. final. C. si contra jus, vel util. pub.* ALPHAROT. *c. 1. in princ. n. 2 de Feud. cogn.* atque irrationabilis nec admittenda *arg. can. mala & can. frustra dist. 8. c. 1. de Consuet. l. 39. quod non ratione ff. de LL. Novell. 134. c. 1.* † Quando itaque circumfertur omnia jura consuetudine ac præscriptione acquiri posse *l. 32. ff. de LL.* tunc illud accipiendum & exaudiendum, de iis, quæ rationabilia, nec Reipub. aut communi utilitati contraria, damnosa atque obnoxia sunt, *arg. l. 14. & l. 15. ff. de LL.* & hæc de Causa efficiente.

32 33 34

SECT.

SECT. III.

De
Materia seu objecto.

1 SEcundum inter causas locum Materia sibi vendicare so-
2 let; † quoniam vero Jurisdictio nostra Forestica constat ex banno ferino & Jure Foresti in specie sic dicto, ut sect. seq. latius dicetur, ideo etiam materia datur duplex: † Ratione enim Juris Foresti est sylva & nemus omniaque illa jura, quæ in signum hujus superioritatis sunt concessa, uti Jus prohibendi atque præcipiendi, Förstlich Geboth und Verboth anzulegen/ Jus saltuarios Forstmeister und Forstknechte constituendi, omnes fructus sylvestres percipiendi, Jus transgressores pignorandi, atque mulctandi &c. de quibus
3 & similibus juribus infra latius agetur; † Ratione vero banni ferini sunt feræ, quæ capientis statim fiunt, etiamsi in a-
lio fundo capiantur, quod enim nullius est naturali ratione occupanti conceditur §. 12. *inst. de rer. divis. l.* 1. *in fin. l.* 3.
4 §. 1. *ff. de A. R. D.* † Feras a. dicimus ad excludendas domesticas sive cicures, quas qui capit, aut lucri causa intercipit furtum committit, §. 16. *inst. d. t. ubi* SCHNEIDEVV. *&* DO-
5 CTORES *communiter*, etiamsi minimi pretii sint, *d.* §. 16. † quo in casu an furti actio nascatur, anxiè disputatur? & quidni detur, haud videmus propter *l.* 8. §. 1 *ff. Famil. hercisc.* ubi pro collumbis, NOVELL. 69. c. 1. ubi pro Gallinâ, *l.* 37. *ff. de furt.* ubi pro pavone actionem furti legimus. SCHNEIDEW. MYNSIN. WESENB. HEIG. *&* GIPHAN. *in d.* §. 16. BACCHOV. *ad* TREUTL. 2. *Disp.* 30. *th.* 1. *lit. C.*
6 † Quæ verò bestiæ ferarum appellatione veniant, dubitatur nonnullis? † Nos Philosophorum regulam hic secuti, dicimus, eas omnes esse feras bestias quibus aliæ ejusd. speciei

domesticæ & cicures opponuntur, ARIST. *sect.* 10. *probl.* 44. PLIN, *l.*8.*c.*53. RITTERSHUS. *ad* §. 15. *inst. de R. D.* † Cicures autem hic intelligimus, non quæ curâ & industriâ hominum, sed suâ natura tales sunt, alioquin enim & leones, ursi, cervi &c. arte cicurati feræ bestiæ non essent, quod tamen falsum est, uti tradit HIERONYM. MAG. *Lib.*1. *Miscell. c.* 3. *&* VARRO *Lib.*3. *de Re rust. c.*16. † Hinc pavones indifferenter inter feras recensentur, *l.*5. §.2. *& seq. ff. de A. R. D. &* §. 15. *inst. de R D.* non attento eô, quod etiam sint mansveti pavones, *l.*37. *ff. de Furt.* quos etiam gregatim pasci in Italiâ *lib.* 3. *c.* 5. refert † De bestiis verò ejusmodi arte cicuratis, ut & reliquis, suâ natura quidem feris, exire tamen & redire consvetis, utpote pavones, columbæ, apes &c. talis comprobata est regula, ut citra furti crimen capi non possint, nisi revertendi animum exuerint, § 15. *inst. de R. D. ibique* Dd. *l.*8 §.1. *ff. Famil. bercisc.* BACCHOV: *in Not. ad* TREUTL. *vol.* 2. *Disp.* 20. § 2. *lit: E.* † Sed quæritur nunc, quando eundem exuisse dicantur? aliter THEOPHIL. *&* GILMAN. *ad d.* § 15. aliter it. ANGL. *ad Glos. ibidem* statuit: † Nobis PE. HEIG. *&* WESENBEC. *ad d.* §. 15. opinio, qui hoc arbitrio judicis relinquunt, verior videtur; quos etiam sequitur CRISP. *in Not. &* RITTERSH. *in Comm. ibid. in fin.* † Quò verò illæ, quæ caveis ac vivariis vulgò Bannforst oder Thiergarte includuntur referendæ sint, dubitatur? † Et quamvis & hæ feræ sint naturæ, tamen quia ita sunt inclusæ, ut quandocunque velimus eas capere possimus, easd. etiam cicuratis annumeramus; † unde etiam est, quòd citra furti crimen ab aliis capi non possint. *l.*62. §.1. *ff. de Usuf. l.*5. §.5. *ff. de A. R. D.* addatur DONEL. 4. *Comm.* 8. † De iis verò quæ in sylvis circum septis vulgò in gehägten Wäldern sunt, sciendum, quòd cùm ipsæ in libertate naturali adhuc sint, *l.*3. §. 14. *ff. de acquir. l. amitt. Poss.* & multa accidere possint, ut eas non capiamus

8 9 10 11 12 13 14 15 16

l.5.de A. R. D. feris propriè annumerantur JUST. MEIER. *in Coll, Argent.lib.40. tit.1.§.15.* BACCHOV. *ad* TREUTL.
17 *d.l.* † Diximus supra etiam in alieno fundo captas capientis
18 fieri, & rectè, *l.3.§.1. de A. R. D. §.12. inst. de R. D.* † aër enim quo bestiæ vagantur, omnibus communis est, nec feræ
19 sunt pars fundi aut terræ *l. 15. & l. seq. ff. de act. emt.* † Unde nec possessor fundi easd. possidet, *l. 3. §. 14. ff. de acquir. poss.* HILLIG. *in* DONEL. *enucl. 4.c.8.lit. E.* ZOANNET. *de du-*
20 *plic. venat. num.60.* † Quodsi verò dominus fundi ingressionem prohibuerit, an nihilominus fera contra prohibitionem capta capientis erit? Resp. Omninò per *l. 3. l. 55. vers. Summam ff. de A. R. D. §. 12. Inst. d. t.* DONEL. *4. Comm. 8.*
21 ARUM. *Exerc. 4. th. 11.* † Excipimus tamen duos casus; (1.) si fructus fundi ex venatione constent. (2.) Si prohibitio à Judice facta fuerit, tunc enim non fit accipientis, sed prædam domino fundi restituendam rectè putat, JOH. FABER *in* §.
22 12. *inst. d. R. D. num. 2.* † sciendum tamen est, quòd is, qui contra prohibitionem fundum alterius ingressus fuerit, illud non prorsus impunè ferat, sed, quod aut injuriarum *l. 13. §. final. in fine ff. de Injur.* DONEL. *4. Comm. 8.* aut L. Acquil. actione conveniri possit, si fundo damnum dederit fructusque læserit, RITTERSH. *ad §. 12. inst. de R. D.*

SECT. IV.

De

FORMA.

1 Consistit autem Forma Jurisdictionis nostræ Forest. in ban-
2 no ferino Wildbann & Jure foresti, und Forst-Recht; † Jurisdictio enim nostra ut totum considerata, tàm Forst-Recht / quàm Wildbann complectitur, cùm hæc duo conjunctim, non verò separatim Jurisdictionem forestalem

con-

constituant, † unde argumentari licet affirmativè, ex toto 3
ad partem, est Jurisdictio for. E. est Wildbann / prout. dicitur, est domus, E. etiam paries; † nam sicut domus tanquam totum comprehendit tectum, parietem & fundamen- 4
tum ita & Jurisdictio nostra ut totum complectirur Wild-
bann & Forst-Recht / quæ duo tamen distinctissima sunt: † 5
Wildbann enim restringitur ad jus venandi, quod exercetur non solum in nemoribus & sylvis in Wald-Forsthöltzern und Büschen / sed & in agris & pratis, in und aus den Höl-
tzern. † Forst-Recht verò pertinet ad curam, culturamque 6
sylvarum & nemorum. † Ac licet Advocatus quidam 7
ap. MEICHSNERUM T. 2. p. 2. Decis. 2. f. 126. in quodam producto dictam differentiam inter Wildbann & Forst-Recht /
neget ob sequentes rationes; † (1.) das aus dem Wort 8
Wildbann bannum sylvestre kein Rechtsverständiger anders schliessen solte / denn eben was man sonsten nennet / Forst oder Förstl. Ober- und Gerechtigkeit referendo se ad consilia ZASII, HENNINGII, & SCHURFFII &c. Deßgleichen auf die vielfältige contingentias factorum, so sich in Camerâ zutragen / und gemeine Wissenheit aller
Beysitzer des Kayserl. Cammer Gerichts. † (2.) Daß sich 10
auch fast bey allen alten investituren der Fürsten und Herren Lehnbrief befinden solle / daß darinnen allein das Wort Wildbann oder mit Wildbannen gesetzet und begriffen sey / welches gnugsam und gleicher importantz sey / als das Wort Forst oder Förstlicher Obrigkeit immer seyn
oder zu verstehen geben mag. † (3.) Welches auch sonder- 11
lich usus communis loquendi bestättiget und unzweifentlich macht / daß was vor hundert und noch mehr Jahren Wildbann gesaget worden ist / das heißt männiglich hohes und niedriges Stands / ja der gemeine Mann durchaus indifferenter einen Forst oder Förstl. Obrigkeit / refe-

rendo se iterum ad testes aliquot, quorum depositiones dum promiscuè ita his verbis usi sunt, ibid. reperiuntur *d. fol.* 126. cui consentit KELLER *de offic. Juridicopolit.*
11 *lib.* 2. *c.* 4. † Verùm enim verò hisce non obstantibus nostra sententia est verior, magisque recepta, & in Came-
12 ra observata. † Resp. enim ad (1) argum. non obstare authoritates ZASII, HENNINGII & SCHURFFII, cum in eorum consiliis allegatis ne unico quidem verbo reperiatur, quod sc. Forst & Wildbann sint synonima & idem significantia.
13 cantia. † Ad (2.) & (3.) Resp. illud nec verum esse, nec ad
14 hoc concludere: † Nec quicquam relevat quod testes quidam deposuerint ForstRecht & Wildbann esse synonima, deposuêre enim de his, quæ sunt Juris, testes autem deponentes super his, quæ juris sunt, ut est ForstRecht tenentur reddere rationem sufficientem & concludentem suæ depositionis, ut tradit INNOCENT. *in c. cùm causam de testibus*, quem sequitur BALDUS *in l. solam C. eod. tit.* & ALEXAND.
15 *cons.* 136. *lib.* 1. quod tamen ibi factum non est; † hinc etiam patet, falli egregiè GAILIUM 2. *obs.* 68. *n.* 7. ubi hæc confundit dicendo, sylvam venatoriam succisis lignis cingi posse in capturam ferarum ab eo, qui jus venandi habeat, adeò, ut Jagen inferat hagen / daß mann einen Hag in
16 das Holtz schlagen möge; † & certè, si illa duo non differrent, non essent in aulis magnorum Principum distin-
17 cta officia, eines ForstMeisters und eines Jägermeisters † ForstMeister enim sylvis & nemoribus præficitur, cujus præcipuum officium, ut curet, ne per exscissionem arborum sylvæ devastentur, & procuret, omnia ad sylvas earumque
18 utilitatem spectantia, qui & WildMeister vocari solet: † JägerMeister autem præficitur venationi, cujus officium est ea omnia solicitè instruere & ordinare, quæ venationi conveni-
19 unt, diversitas E. officiorum etiam diversitatè arguit rei *l.* 130. *ubi* REBUFF. *de V. S.* Et ex hoc fundamento & distinctione

des

des Wildbanns und ForstRechts manat nunc illud, quod status Franconiæ inferioris contra superiores inter alia hoc etiam gravamen proposuêre, dum prætendunt: † Es habe 20
